quasi primi fructus male feracis synagoge grossi labentis si
militudine corruerunt ut mansura super genus nostri generis poma
succederent. Et enim primus synagoge populus quasi radice operum in
firmi arentium ubertatem sapientie naturalis haurire non potuit et ideo
uelut inutilis decidit fructus ut quasi ex isdem claviculis arbo
ris fructuose de pinguedine religionis antique novus ecclesie
populus emergeret. Ergo ille qui erat esse desiuit ut inciperet iste qui
non erat. Primi tamen extiterunt quasi nature ualidioris ramus extulerat
sub umbra legis et crucis. in utroque sinu suco gemino colora
ti grossi maturescentis exemplo pulcherrimo gratia fru
ctuum ceteris praestiterunt quibus dicitur: sedebitis super xii thronos iudican
tes xii tribus israel. Hec illud alienum quod adam atque eua primi illi nostri
ut generis ita erroris parentes qui huius arboris texere se foliis
paradysi exules esse meruerunt cum domini deambulantis presentiam trans
gressionis sue conscii declinarent ut significarent futurum quod
ultimis temporibus populus iudeorum sub domini saluatoris aduentu qui eos
uocaturus aduenit exutum se uirtutibus per diaboli temptamenta
cognoscens et intecta conscientie probra formidans a religio
ne deuius praeuaricatione confusus esset a domino recessurus ubi eorum
fluentium uelut foliorum uelaminibus ad opertura pudenda gestorum.
Ergo illi qui folia de ficulnea non poma carpserunt eliminati sunt a
dei regno. Erant enim in anima uiuente. Venit secundus adam et iam
non folia sed poma querebat. Erat enim in spiritu uiuificante. In spiritu
autem fructus acquiritur dominus adoratur. Querebat autem dominus non quod fructum
ficulnee deesse nesciret sed ut ostenderet in figura quod fructum
synagoga iam habere deberet. Denique ex sequentibus docet non se
ante tempus uenisse qui per triennium uenit. Sic enim habes: Ecce
anni tres sunt ex quo uenio querens fructum in ficulnea hac et non
inuenio. Succide ergo illam ut quid et terram occupat. Venit ad a
braham uenit ad moysen uenit ad MARIAM hoc est uenit